1.

S.

Quod tuam T. hac mea intempestiva compellatione, Vir Clarissime, et amice summa cum observantia colende, molestus sum, veniam mihi ab ea dari, et benigne tuum id fieri cognosci peto. M. Eusebius Menius, collega, amicus et compater meus singularis, habuit apud se vestri praefecti Eberhardi Wolffs ante biennium tres filios, eosque non solum liberaliter cum aliis suis commensalibus pavit, verumetiam pecuniam illis mutuo dedit, ut ligna et alia necessaria comparare potuerint. Cum autem discedere in patriam vellent, inierunt cum eo rationes, ex quibus cognoverunt se illi debere aureos sexaginta, hocque confessi sunt suis autographis illi exhibitis, et insuper promiserunt, quod vellent eam pecuniam sine omni ipsius dispendio, quam primum ad parentes reversi essent, ei remittere. Quod tamen huiusque neglectum est. Nam parens eorum voluit Menium remittere ad nescio quem aurigam, cui ferrum vendidisset, quod illi non fuit commodum, ideoque assentiri noluit. Cum autem hucusque solutionem distulerit, et M. Menius suo egeat, mittit per hunc nuncium Academiae supplicem libellum ad principem vestrum, quo ei negocium exponit, et praefectum ad solutionem compelli petit. Sed cum gravari nomen eius ad principem Menius deferre, cuperet tuam T., cuius autoritatem cum apud praefectum, tum alios quoque novit esse magnam, prius cum illo colloqui, et eum ad solutionem hortari, quam literae principi offerrentur. Existimat enim se facilius, quod eum deceat, ab eo impetrari posse. Rogo igitur tuam T. Vir clarissime et ὁμόψυχε unice, ac colendissime, ut cum mihi veteri amico, tum M. Menio compatri meo carissimo hoc beneficium des, et causam eius apud praefectum agas, quo bona pace quod iustum est ab eo impetrare possit, sin minus, literas Academiae principi reddendas cures. Pro hoc tuae T. beneficio vicissim nos habebit tua T. ad omnis generis officia promptissimos, dabimusque operam uterque ut nostram gratitudinem illi declaremus promptissimam. Bene valeat [?] Datae Witebergae postridie Simonis et Iudae anno 1572

T. H. [illegible]

Sebastianus Theodoricus D.

Zelendo

Quod tuae h hac mea intempestiva compellatione, Vir clarissime, et amice summa cum observantia colende, molestus sum, veniam mihi ob ea dari, et benigne cur id fiat cognosci peto. M. Eusebius Menius, collega, amicus et compater [gevatter] meus singularis, habuit apud se vestri praefecti Eberhardi Wolffs ante biennium tres filios, eosque non solum liberaliter cum aliis suis pavit, verum etiam pecuniam illis mutuo dedit, ut ligna et alia necessaria comparare potuerint. Cum autem discedere in patriam vellent, inierunt cum eo rationes, ex quis [quibus] cognoscerunt se illi debere aureos sexaginta, hocque confessi sunt suis autographis illi exhibitis, et insuper promiserunt, quod eam pecuniam sine omni ipsius dispendio, quam primum ad parentes reversi essent, ei remittere, quod tamen hucusque neglectum est; Nam parens eorum voluit Menium remittere ad nescio quam aurigam [Fuhrmann], cui ferrum vendidisset, quod illi non fuit commodum, ideoque adsentire noluit; Cum autem hucusque solutionem distulerit, et M. Menius [suo] Legeat, nihil per hunc nuncium, Academiae supplicem libellum ad principem vestrum, quo ei negotium exponit, et praefectum ad solutionem compelli petit. Sed cum gravatim nomen eius ad principem Menius deferat, cuperet tuam h, cuius autoritatem cum apud praefectum, tum alios quoque novit esse magnam, prius cum illo colloqui, et eum ad solutionem hortari, quam literae principi offerentur. Existimat etenim sic facilius, quod eum deceat, ab eo impetrari posse. Rogo igitur tuam h vir clarissime et (gönstig) amice, ac colendissime, ut cum mihi veteri amico, tum M. Menio compatri meo carissimo hoc bene-

(25) officium des, et causam eius apud praefectum agas ~~quo bona~~
quo bona pace quod iustum est ab eo impetrare possit
Sin minus, literas Academiae principi reddendas cures.
pro hoc tuae h beneficio vicissim nos habebit tua h
ad omnis generis officia promptissimos, dabimusque operam uterque ut nostram gratitudinem illi declaremus
promptissimam. Bene valeas Datum Witebergae
postridie — — anno 1572.

T H P:
tuae (?) humanitati (?)

Sebastianus Theodoricus.

ersucht eine h(umanitas), zu Gunsten seines Kollegen, Freundes und Gevatters M. Eusebius Menius, gestützt auf die Befürwortung der Universität Wittenberg, zwecks ~~bei der~~ Eintreibung einer Schuld von 60 aurei ~~[illegible]~~ (~~[illegible]~~ des Präfekten) zu intervenieren.

(Eberhard Wolffs.

Interessant ist, daß die Rückzahlung durch „Remittieren" an einen Drittschuldner erfolgen sollte.

AUTOGRAPHE

de

Theodoricus

Sebastianus (Winshenius)

OBSERVATIONS

L.a.s. 1 p.fol., Wittenberg, Postridie ... 1572 /lat./ Die Adresse am Respektsblatt ist weggeschnitten. Theodoricus ersucht zu Gunsten seines Kollegen, Freundes und Gevatters, Eusebius Menius, gestützt auf die Befürwortung der Univers. Wittenberg, zwecks Eintreibung einer Schuld von Sechzig Goldstücken des Präfekten Eberhard Wolff zu intervenieren. Interessant ist, dass die Rückzahlung durch „Remittieren" an einen Drittschuldner erfolgen sollte.

T H E O D O R I C U S , Sebastianus, /Winshenius/.
Geb. Windsheim /Franken/.

Philosoph, Mathematiker und Mediziner, wurde 1553 Prof. d. Mathematik in Wittenberg, schrieb Quaestiones sphaericas. War der Schwiegersohn des berühmten Philologen Virus Winshenius /genannt Ortelius/ /1501 - 1570 /, dem Lehrer Paul Luther's und Herausgeber der Syntax von Melanchthon.